manuscript

Seite 54r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



improbitate contempnit. quanto et contemptus adhuc vocare non
dedignatur. Ammonendi contra sunt. pecca carnis ignorantes
Ut tanto solicitius precipitem ruinam metuat. quanto altius stat.
Ammonendi sunt. Ut noverint quia quo magis loco prem
inenti existunt consistunt eo crebrioribus sagittis insidiatoris
impetuntur. Qui tanto ardentius solet erigi. quanto se robustius
conspicit vinci tantoque intollerabilius dedignatur vinci. quanto q
se videt per integra infirme carnis castra pugnari. Amone
di sunt Ut incessanter suscipiant. et libenter proculdubio tempta
cionum quos tolerant labores calcant. Si enim attendatur felici
tas que sine transitu attingitur. leve fit quod transeundo laboratur
Audiant quod per prophetam dicit eunuchis. Qui custodierit sab
bata mea et elegent que volui. et tenuerint fedus meum.
dabo eis in domo mea et in muris meis locum. et nomen melius
a filiis et filiabus. Eunuchi quippe sunt qui compressi motibus
carnis affectum in se pravi operis abscidunt. Quo autem apud
patrem loco habeantur ostenditur. Qui in domo patris mei scilicet
eterna mansione etiam filiis proferuntur. Audiant quod per Iohem
dicitur. Hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati virgines
enim sunt qui sequuntur agnum quocumque ierit. et canticum cantant
quod nemo potest dicere nisi illa centum quadraginta quatuor milia
Singulariter quippe canticum agno cantare est cum eo
impetuum pretunctis fidelibus etiam de carnis incorruptione
gaudere. Quod tamen electi ceteri canticum audire possunt. licet dicere
nequeunt quia per caritatem quidem in illorum celsitudine leti
sunt. quamvis ad eorum premia non assurgant. Audiant peccatorum
carnis ignari. quod per semetipsam veritas de hac integritate dicit.
quia non omnes capiunt verbum hoc. Quod eo innotuit summum
quo denegavit omnium. et dum predicit quia difficile capitur.
audientibus innuit ceptum cum qua cautela teneatur. Am
monendi sunt itaque pecca carnis ignorantes Ut et preminere
virginitatis coniugiis sciant. et tamen se super coniuges non extollant.
quatenus dum et virginitatem proferunt et se postponunt. et illud
non deserent quod esse melius existimant et se custodiant.
quod se inaniter non exaltant. Ammonendi sunt Ut considerent